



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 9. Eupraxius convertitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](#)

ptum fuerit, quod violasti, qua via a- Sæculum X.  
missam felicitatem recuperare possis, mis- A C. 983.  
sis his omnibus, quæris ex me, quod  
fuerit arboris nobis ignotæ nomen;  
quod si tibi dixissim, quæsiturus eras,  
ut opinor, qualis bujus arboris fuerit  
radix, quæ folia, quis cortex, & deni-  
que an magna fuerit vel parva. Post-  
quam complures hujusmodi sermones  
miscurssent, cum omnes recederent, di-  
xit Metropolitanus, revera magnum vi-  
rum esse hunc Eremicolum.

## §. IX.

*Eupraxius convertitur.*

Eupraxius Calabriæ Præfectus puella-  
rum monasterium in civitate Roscian-  
ensi fundaverat, quod pene collapsum,  
Eupraxio Constantinopolim reverso, S.  
Nilus reparavit. Nihilominus pessimi p. 80.  
fusurrones ad Eupraxium deferunt, istud  
monasterium a Nilo fuisse expilatum.  
Ille literas ad S. Virum dedit minis a-  
speras, cumque in Calabriam cum Præ-  
fecti potestate secundo venisset, adsunt  
illius Provinciae Abbates, dona ferentes,  
& rogantes, ut se præsidio potenti tue-  
retur. Solus Nilus non venit, quiete in  
suo monasterio manens & pro Salute  
Præfecti Deum exorans. Idipsum Eu-  
praxii, jam prius offensi, animum multo  
magis exacerbavit. Sed percussus ul-

Pp 3 cere,

Sæculum X. cere, quod ipsum tribus annis affixit, &  
A. C. 983. obscenas corporis partes, quæ honeste  
 non nominantur, pessime affecte fecit scelere  
 omnibus intolerabili, confessus est, hanc  
 justam vetitæ libidinis pœnam esse. Pœ-  
 nitentia quoque ductus, quod innocentem  
 Abbatem contumeliose habuisset,  
 misit ad eum, qui rogarent, ut ad se in-  
 visere, & benedicere dignaretur. Vir  
 Sanctus diu cunctatus est facere quod  
 rogabatur, ut Præfecti humilitatem pro-  
 baret, nec ante elapsum triennium ad a-  
 grotum se contulit, cum comperisset,  
 ad vitalia malum pénétrasse.

Præfектus advenientis Nili pedes in-  
 ter largas lacrymas complexus, Sancto  
 Viro, eum e terra levante, mox omnia  
 peccata sua humili confessione exposuit,  
 & obsecravit, ut sibi monasticum habi-  
 tum daret, dicens, se voto obstrinxisse,  
 quod Monachum vellet induere. Re-  
 spondit Vir Sanctus: *Omnis qui post ac-  
 ceptum Baptismum peccarunt, etiam sine  
 voto subire pœnitentiam tenentur. Ha-  
 bitum vero monasticum tibi dare meum  
 non est, quia simplex monachus nullum  
 Ordinem Ecclesiasticum recepi. Habe-  
 bis Metropolitam (nempe Episcopum  
 ad S. Severinam) habet Episcopos & Ar-  
 chimandritas, qui perficiunt, quod expe-  
 tis.* Nihilominus cum Eupraxius ro-  
 gandi finem non faceret, Nilus sua ma-

p. 95.

nu

nu ejus capillos resecat, & præsentibus sæculum X.  
Episcopis atque Abbatibus, volentem A. C. 983.  
Habitu monastico induit. Mox Præfet  
et us ad paratum convivium omnes in-  
vitat, & quia vires sufficiere videban-  
tur, ipse suis convivis cibos ministravit.  
Omnia deinde, quæ possidebat, aut suis  
manibus pauperibus distribuit, aut Ec-  
clesiis legavit & servos omnes manumi-  
sit, tum elapo inde triduo, contrito  
corde, sperans in Dei misericordiam, a-  
nimam reddidit. Porro Nilum testa-  
menti sui Curatorem constituerat, sed  
Vir Sanctus nolens se tot negotiis one-  
rare, hoc officium in Metropolitanum  
rejecit.

§. X.

*Alia S. Nili facta.*

Sanctus Nilus permultos Energumenos  
liberavit, præcipiens, ut oleo a Pres-  
byteris ungerentur, vel ut Romam ad  
limina SS. Apostolorum commearent. p. 101.  
Ipse vero super neminem manu sua ul-  
lum unquam Crucis signum formabat.

Quamquam animus vehementer re-  
pugnabat, horrebatque, cum sæcularibus  
conversari, & urbium tumultum susti-  
nere, nihilominus, ubi offerebatur occa-  
sio, Magistratus adiens, pro populo de-  
precabatur, vel ut miseros ab inimicis  
oppressos servaret, vel ut reos pœnæ e-

p. 107.

Pp 4 ripe-